1262. Febbrajo. Milano. Nella publica Strada. 12.

In nomine domini nostri yhesu xpisti anno a natiuitate eiusdem Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo. die martis uigesimo primo die mensis februarij Indictione quinta. in ciuitate mediolani. in uia publica uidelicet ante ianua hospitij quod arderici biroli siti in parochia sancte tegle. Coram infrascriptis testibus ad hoc rogatis et tabellionibus ad probantibus quod ardericus birolus ciuitatis mediolani. uoluntate emancipauit ardiguinum qui dicitur bellinus eius filium legiptimum maiorem annis uiginti et pluribus ut ambo dixerunt et ut per aspectum eius persone apparebat presentem et ualentem, hanc emancipationem fieri postulantem cum auctoritate alberti de ripa missi regis. de sub sua manu et potestate et uirtute. Ita ut infuturum sicut homo sui iuris possit emere. uendere. donare. fideiubere, et se et sua obligare et omnia perficere que homo in sua potestate constitutus facere potest et omne ius quod per paternam potestatem super eo habebat eidem bellino remisit. Actum ut supra presentibus alberto de ripa et tomaxio de dexio et alberto de ...re et ardigatio de gazino et petro morano et petro bonato. c. m. notariis. et infrascripto gratiano. Interfuerunt ibi testes rogati Ginfredus filius quondam bonauenture sollaxerij et rugerii filius quondam guidonis macellini et petrus filius quondam uberti de piscaria. et rugerii filius quondam oldrati de buxinate et bonifatii filius quondam alipradi de piscaria ciuitatis mediolani omnes et inde plura instrumenta uno tenore fieri rogata sunt.

(S.) Ego Gratianus filius quondam leonardi manganatoris de porta horientali parochie sancte babile foris c. m. notarius et missus domini conradi imperatoris tradidi et adscribendum dedi et scripsi.

Ego rupadinus filius iacobi de derosto de burgo rouate notarius per preceptum domini gratiani manganatoris notarii scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 12 (12)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1811024777-13/fragment/page=0001

1262. 21. febr.

de Ripa
Turre

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1811024777-13/fragment/page=0002